



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Inivste, Deo
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

§. 1. Tres vanæ gloriæ classes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

Ezech.
28. 2.

Quale mendacium erat eorum, qui contra diuinam reuerentiam passi sunt se Deos appellari, quos Ezechiel ita alloquitur: *Elevatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris: cum sis homo, & non Deus, & dedisti cor tuum, quasi cor Dei.* Nempe ab illo hanc superbiam magistro homines didicerunt, qui, cum ipse cu-

Isa. 34. 14.

piens ascendere, & *similis esse altissimo*, deiectus sit in Acheruntem, alios quoque postea voluit eadem illecebrâ inescare, quando dixit: *Eritis sicut Dij.* Promissio digna authore suo, & tam fidelis, quàm Locrense pactum.

Gen. 3. 5.

it: *Eritis sicut Dij.* Promissio digna authore suo, & tam fidelis, quàm Locrense pactum.

CAPVT V.

Quando vana gloria ab hominibus appetatur? & num liceat desiderare Episcopatum?

§. I.

Tres vana gloria classes.

Hinc 4. Corollarium est contra vanæ gloriæ sititores; qui triplici classe continentur. Primò enim vana gloria est, si quis honorem appetat, de re nihili, quæ per mendacium fingitur, vt quidam milites gloriosi, qui à se hostes multos occi-

occisos iactitant, cum hostem nullum viderint; aut hypocritæ nonnulli, qui de rebus gloriantur, quas numquam fecerunt. Pertinet ad hanc classem etiam illud genus, quod de ijs famam captat, quæ famâ & gloriam non merentur; vt qui gloriantur in rebus pessimis, vt de potentia & fortitudine ad vinum bibendum, quibus dicitur: *Va qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem: & Numquid carnes sancta auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?* item qui se iactant de vindicato inimico; de fraude; de corrupta virgine, vel aliena vxore; quibus dicitur, *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* Et sanè sunt, qui malefactis sibi famam conantur parere, ac nobilitatem, quemadmodum & vitijs corporis quidam teste Plinio, inuenère cognomen, velut à distortis cruribus Vari: à tumidis labris Chilones: à naso prægrandi Nasones. Multò autem pronius est, venari gloriam de bonis fortunæ externis, vt de auro, argento, margaritis; contra quos est illud Persij: *nec te quasiueris extra:* aut etiam de viribus & robore, deque firma valetudine sua, aut suorum; quæ res fragilis est, & caduca. Secundò vana gloria est,

Isa. 5. 22

Ierem. 17

19

Psal. 51. 5

Plinius

lib. 7. c. 8

lib. 11. 53

Pers. Sa-

tyr. 4

60 Cap. V. Quando vana gloria.

est, si quis ab eo gloriam quærat obtinere, cuius iudicium non est certum, sed falli potest, ut est Connæ calculus, & omne iudicium humanum. Laudavit te Cicero? quid tum? laudavit & Milonem. Testimonium habes à Principe? quid tum? Numquid audivisti,

Psal. 145. *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum?* Sæpe & Principes decipiuntur, sæpe

in officia alta indignissimos, immò proditores suos extulerunt, quod non erant facturi, si eos detracta larua agnouissent. De alijs hominibus, quid dicam? cum tot ubiq; Chij potiùs, quàm Coi, tot occurrant adulatores, tot parasiti, qui laudes vendunt, & palpo percutiunt eos, à quibus sportulam expectant. Quis eorum laudes, atque gloriam inde promanantem, non videat esse vanissimam? Hanc diligere, est de iactura maiore

Ioan. 12.
43.

periclitari; quod plurimi faciunt, *qui dilexerunt magis gloriam hominum, quàm Dei.* Et quam gloriam? sæpe fictam, sæpe falsam.

Boëtius
lib. 3. de
consol.
prol. 6.

Nam teste Boëtio, Plures magnum sæpe nomen falsis vulgi opinionibus abstulerunt. Quo quid turpius excogitari potest? nam qui falso prædicantur, suis ipsi necesse est laudibus erubescant. Ut enim non quæuis corona quemuis deceat victorem; ita non quæuis laus, aut quiuis ho-

ho-

honos hominem quemcumque. Et sunt tamen, qui mendaci fama delectantur, & vel ipsi fingunt facinora quæ venditent, vel si alios adulantes audiant, mirificè pascuntur. Sicut enim Chamæleon non alio fertur pasci alimento, quàm aëris, & idcirco ore est semper hiante, ita quosdam aura popularis alit, neque quidquam captant, præter inanes laudes & glorias. Et verè inanes, quia vt fumus, ita & gloria falsò parta facilè evanescit. Tertiò denique vana gloria est, non jam ratione illius rei de qua gloria quæritur; neque ratione eius, à quo gloria quæritur; sed ratione ipsius hominis, qui gloriam quærit, & de suis rebus vel tragicè, vel Thra-sonicè loquitur, atque appetitum gloriæ suæ non refert in debitum finem, hoc est, ad honorem Dei, vel proximi salutem, vel etiam propriæ non famæ, sed virtutis incrementum, & occasionem. Quod non faciunt, qui de valetudine, de corporis aut animi viribus, de fortunis, de scientijs, vel etiam de ipsis virtutibus, tamquam suis, non aliunde acceptis bonis volunt laudari, quibus Apostolus ait: *Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* quid, vt cornicula, de alienis plu.

1. Cor. 4. plurimis triumphas? illi gloriam ascribe, unde de accepisti.

§. II.

Cur Episcopatus licite peti possit?

5. Corollarium. Etsi D. Augustinus, & D. Thomas plerumque ita loquantur, ut honor, aut gloria, eiusque appetitus, ne sit vanus, pro scopo debeat habere vel Dei, vel proximi bonum, hoc est, vel Dei honorem, vel proximi salutem; non negandum tamen est, posse etiam appeti boni nominis existimationem, dignitates atque officiorum honores, ob proprium bonum; si scilicet illi honores propriam quoque videantur, non iam laudem, sed salutem promoturi, & meritum ac coronam celestem aucturi. *Fidelis sermo*, ait Apostolus, *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*; nomine Episcoporum, etiam Parochi, & sacerdotes intelliguntur, cum idem sit eorum munus docendi, regendi que populum, & pascendi gregem Christi, licet numero minorem. Quia igitur videmus plurimos sacerdotes parochijs, episcopatibus inhiare, atque ob eam ambitionem reprehendi, haud sane perfunctorie hic locus est a nobis tractandus, ut sciatur, quid licitum, in hoc genere, quid vero illis